panem dederunt queq₃ preciosa ꝓ cibo ad refocillandam animam
Hec verba sic intellige ꝙ hoīes huius seculi q₂ nō habent panem
interne iocunditatis querunt panē extrinsice voluptatis. Et certe
ꝓ hac miseria voluptate vendūt preciosas aīas ⁊ tñ voluptate saci
ari nō pñt. Unde iterū dr̄ in Treñ. Qui vescebant̄ voluptuose inte
rierūt in viis. Qui nutriebant̄ in croceis .i. cibo croceo ꝑatis ample
xati sunt stercora. Qñq₃ xp̄iani gñaliter ter ⁊ sepius ꝯmunicauer̄t
in anno sed q₂ mō amplexant̄ stercora voluptatū indigni sūt etiā
semel in anno accedē ad mensam ihū xp̄i. Quarta causa fletus est
debilitas turriū ⁊ murorū. Per turres ⁊ muros hui⁹ seculi intelli=
gunt̄ sapientia ⁊ fortitudo ⁊ diuicie in quibꝰ hoīes gloriant̄ ⁊ cō
fidunt. vñ dr̄ Hiere. 9. hec dicit dñs. Non glorief̄ sapiēs in sapīa
sua ⁊ nō glorief̄ fortis in fortitudine sua ⁊ nō glorief̄ diues in di=
uiciis suis hec eñ cito destructa sunt qñ dñs voluerit sicut patz in
pluribꝰ regibꝰ ⁊ impatoribꝰ qui olim gloriabunt̄ in p̄dictis. vñ d̄
1. Mach. 2. Gloria viri pctōris est stercus ⁊ vermis hodie extol=
litur ⁊ cras nō inuenit̄ q₂ conuersus est in terram suā ⁊ cogitatio
eius periet. Quinta causa fletus est multitudo impugnantiū. Vñ
dicit̄. 4. Regū. 25. Venit nabuchodonosor rex babilonis ⁊ omīs
exercitus eius in hierusalem ⁊ circumdederunt eam ⁊ extruxer̄t
in circuitu eius munitiones ⁊ clausa ē ciuitas atq₃ vastata. Nabu
chodonosor quod interpretatur sedens in angustia significat dya
bolum qui sedet in insidiis vt decipiat homines improuisos. Iste
cum omni exercitu viciorum circundedit ⁊ vallauit mundū istuz
Habet aūt septem exercitus viciorum quorum duces principales
sunt. supbia. ira. inuidia. accidia. auaricia. gula. ⁊ luxuria. Et cer=
te vix est homo qui vel effugere possit vel resistere exercitibus istis
nisi deum habeat adiutorem. Jacet itaq₃ multitudo demonum ob
sidens ciuitatem mūdi ⁊ expectans mortem vniuscuiusq₃. De hoc
dicitur Treñ. 2. Apperuerunt super te os suuz omnes inimici tui
sibilauerunt et frenduerunt dentibus suis ⁊ dixerunt deuorabi=
mus. En ista dies quez expectabamus. Ita dicent demones quā
do rapiunt animā peccatoris. Sexta causa fletus est paucitas ciui
tatem defendentium. Unde legitur. 4. Regum vicesimoqñto. Q₂
cum obsessa esset hierusalem omnes viri bellatores nocte fugie=
runt per viam porte que est inter duplicem murum ad ortum re=
gis. Viri bellatores debent esse clerici monachi et alii viri religi=
osi qui pene omnes fugiunt. quia pauci ex eis sunt qui fideliter
peruigilent in excubiis ecclesie ⁊ mundum suis orationibus tue=
antur. Sompnus enim auaricie ⁊ corporales delicie qm̄plures il
lorum debilitauit ne dyabolo queant resistere. Septima causa

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-184/0426
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG